

ibi, nisi facta fuerit eo pacto inuestitura, & tit. 18. ibi vt quadiu ipsi, &c. iuncto vers. vlt. lib. 2. F. II. Casus est: si vnus frater, qui simul habitant, feudum nouum ex communibus bonis vnusque nomine adquisierit, domino conditionem haud igno- rante, d. tit. 20. ibi, vel nisi beneficium de communibus bonis, lib. 1. F. Quod si vero vnus ex fratrib. feudum quidem nouum adquisierit, sed non, & communi pecunia, & domini coseu- su: illo mortuo feudum non pertinet, sed ad do- minu reuertitur: tamen si viuo fratre fructus feudi, si simul ipsi fratres habita- uerint, communes sint, per textum in d. tit. 12. §. si duo fratres, lib. 2. F. Vul- ticius lib. 1. de feu. c. 9. nu. 106. vers. tertio, si fratres &c. Eaque de re videantur Henticius à Rosen- thal. in trac. iuris feu. c. 7. conclus. 59. nu. 6. & Boc- cerus d. c. 5. quaest. 2. III. Casus est: si duo fratres feudum aliquod communi- ter in hostem domini adquisierint: vt scilicet comun. b. equis, & armis dominum contra hostem inuenit, per textum in d. tit. 20. in fine, li. 1. F. Quod si vero simpliciter vnus frater vnus adquisierit feudum in hoc, vt equis, & armis dominum iuuet; licet cum fratre suo equo, & arma illa communia habeat: ei tamen sine filijs mortuo alter frater in feu- dū illud nō succedit: ne for- te dominus alium, quam quem voluerit, sibi acqui- rat vafallum, d. tit. 12. §. quod si cum equis, lib. 2. F. consule ea de re Boc- cernum d. cap. 5. quaest. 3. & Rosenthal d. c. 7. conclus. 59. nu. 5. IV. Casus est: si consuetudine, vel statuto cautum sit, vt transverfa- les etiam in feudum nouum succedant, arg. tit. 1. in princip. lib. 2. F. & l. de quibus, 32. ff. de legib. Schrader. in tract. feud. part. 7. c. 7. nu. 5. V. & vlti- mus casus est: si in in- uestitura noui feudi adie- ctum fuerit, vt hoc feu- dum iure antiqui sine pa- terni feudi censeatur. Hac frāque specie omnes transuersales illius, qui feu- dum adquisiuit, in feudū succedere, multiplex ratio suadet. Tum quia natura cuiusque feudi pacto inuestitura immutari potest, tit. 18. & tit. 48. lib. 2. F. Tum quia dominus, quando iure paterni feudi, nouum alicui concedit feudum, ius suum remittit: quod ei plane liberum, & integrum est:

gl. vnica constit. feu. Loth. & c. que gl. tenetur per communi- ter Scribentes, vt dicit Alua- rot. in eo. c. si quis miles, nu. 2. Et ideo, si duo fratres fuerint inuestiti de feudo pro se, & si- mils, &c. vnus eorum dece- dat sine liberis, superstitie filio alterius fratris pradesuntii, portio istius fratris non perti- net ad dictum nepotem super- stitem, quia ipsi fratres videntur prospexisse sibi tantum, & vnusquisque eorum filijs suis, nō autem filijs alterius fratris. Et hanc dicit esse communem conclusionem Curt. sen. conf. 49. nu. 11. Aut vero loquimur in feudo antiquo, & tunc bene procedit conclusio, quod agnati collaterales in feudo succedant.

Difficultas est, an succedant solummodo vsque ad septimum gradum, an etiam vsq; ad infinitum. Nam in hoc articulo videntur esse tex. con- trarij, quia in c. 1. §. de qua. de his qui feud. dare possunt, ex- presse videtur probari, quod agnati succedant solummodo vsque ad septimum gradum, Text. aut in c. 1. §. de nat. succ. feudi, videtur probare, quod succedant etiam in infinitum. Sunt etiam inter Doctores va- riae opin. Nam Iac. de Bel. in c. 1. de feud. March. dicit, quod vbi agnati sint descendentes primi inuestiti, debent in infi- nitum succedere in ipso feudo, ex beneficio primae inuestitu- re. Et hanc opinionem, quod inter descendentes primi va- falli procedat successio, etiam vltra decimum gradum, dicit esse comuniter receptam Did. libr. 3. resol. cap. 5. post num. 4. versicul. Quinto hinc. Quidam autem Doctores antiqui, qui appellatur Ioan. Fasoli, tenuit contrariam opinionem, quod scilicet non admittantur colla- terales vltra septimum gradu

cum quique rei suae legem dicere possit, in traditionib. 48. ff. de pact. legem, quam dixisti, 10. C. eod. & quilibet rei suae mo- derator, & arbiter intelligatur, in re mandata, 21. C. mandat. Tum quia donatio mortis causa ita fieri permittitur, vt nullo casu eius sit repetitio: quae donatio quoad effectum, vt scilicet reuocari nequeat, perinde habetur, atque alia que uis donatio inter viuos, l. si alienam, 13. §. 1. & l. vbi ita donatur, 27. ff. de mort. caus. donationib. Tum deinde, quia illud etiam, quod nouum est, pro antiquo haberi potest, l. quicumque defertum 7. in princip. ibi, & velut do- mesticum, & auita successio- ne quaesitum, Cod. de omni agro deserto, &c. lib. 11.

ad successionem feudi. Et dicit Bal. in d. cap. 1. num. 4. de feud. March. quod ita communiter tenetur, quem refert Iason in l. certum, post nu. 3. vers. secun- do principaliter, C. vnde legi. & Socin. iun. conf. 76. num. 73. lib. 1. Hanc etiam opin. dicit esse communem Marr. Laud. inter conf. feu. Bruni, conf. 119. post. nu. 8. Paris. conf. 23. num. 262. lib. 1. Mibi autem placet prima opin. quod s. succedant vsq; in infinitum, & secundum illam, si casus contingeret, con- sulerem, & iudicarem. Nam hoc casu non potest proprie dici, quod agatur de successione collateralium, sed de successio- ne ascendente, delata virtute primae inuestiturae, & credo, quod ita etiam indistincte ob- seruetur, maxime in feudis re- galibus. Et in specie de corona regni Francia attestatur ita se habere consuetudinem Boer. conf. 10. nu. 16. vsque ad fin. conf.

Sed hic occurrit pulchra quaestio, pone, Principis conce- dit feudum alicui existenti in sacris, pro se, & heredibus, certum est quod illud verbum, Heredibus, quod in materia feudali intelligitur de filijs, si- ne descendente non potest hoc casu verificari in filijs, quia talis constitutus in sacris, nisi eos suscepisset ante clericatum non possit habere filios habiles ad successionem feudorū. Num- quid ergo hoc casu censebitur feudum concessum etiam pro agnatis collateralibus ipsius inuestiti? Respond. quod sic. Ita dicit Bald. in l. 1. §. naturales, post n. s. si de feudo sue. contr. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Curt. iun. de feud. in 3. parte, in materia successio- nis descendente, in 1. regula. quaest. 17. in fin. Quod nota, quia de facili quis respon- deret prima facie contrarium.

Neque obstat huic as- sertioni, quod factum istud, vt videlicet feudum nouum censeatur iure pa- terni feudi, rei veritatem non immutat, argum. l. si forte, 8. in ff. de castren. pecul. l. nō nups, 14. C. de probationib. & l. si dona- tione, 13. Cod. de collatio- nib. Quātus enim eius- modi feudum nouum, si rei naturam spectes, reue- ra antiquum, siue pater- num feudum non sit: effe- ctum tamen iuris si consi- deres, pro paterno feudo habetur, eademque illius hoc casu qualitas reputa- tur. Et ita tradunt Bald. in cap. 1. in princ. de alienat. paterni feudi. Praeposit. in cap. 1. de grad. succed. in feud. Alexand. conf. 10. li. 3. conf. 55. n. 17. li. 4. Mat- th. de Afflic. decif. Nea- uopolit. 282. Paris. conf. 17. libro 1. Schrader. in tract. feud. par. 7. cap. 7. nu. 5. in fi. Mynsing. cent. 4. obser. 84. Gail. libr. 2. obser. 50. Menoch. conf. 160. nu. 25. & seqq. lib. 2. & lib. 3. de praesumptionib. praesum- pt. 93. nu. 16. Fachin. lib. 7. controuer. iur. cap. 58. Bo- cer. d. tract. de iur. succed. in feud. cap. 1. §. quaestio- ne decima. Rosenthal. d. tract. feud. capit. secundo conclusine decimatercia, pluresque alij ab eo recen- siti. Harprec.

Ad septimum gra- dum. Adde, & per Ioan. Cephal. eo consil. 133. numero vicesimo octauo. Giach.

AN succedant solummodo vsque ad septimum gradum. Adde de hac quaestione accurate disertantem Dn. Henricum Bocerum, d. c. 5. q. 20. & Ioannem Rudingerum lib. 1. var. le- ction. iuris feudal. cap. 35. Harprec.

QVÆTSTIO LXXX.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Femina semel admissa ad feudum, an postea superuente ma- sculo excludatur.
- 2 Et quid conuerso, an femina semel exclusa per existentiam ma- sculi, semper remaneat exclusa.
- 3 Ex Additionibus.
- 1 Femina semel ob masculi defectum ad feudi successionem ad- missa, quadiu viuat, feudum retinet, etiam si postea masculus aliquis nascatur.
- 2 Quod alicuius factum est, id ei inuito auferri non potest.
- 3 Ius semel quaesitum perpetuum esse censeatur.
- 4 Multa fieri impediuntur, quae tamen facta tolerantur.
- 5 Effectus iam consummatus non cessat, causa eius cessante.
- 6 Sententia, & intellectus tit. 17. lib. 2. F.
- 7 Si uasallus defunctus praegnantem uxorem reliquerit, & ea po- stea filium pepererit, huic filio femina cedere cogitur.
- 8 Qui in viro est, pro iam nato habetur.
- 9 Ceptum habetur pro perfecto.
- 10 Equid femina, semel per masculum a successione feudi remota

- perpetuo exclusamaneat.
- 11 Referuntur Doctores, qui in proposita quaestione negatiua opi- nionem amplectuntur.
- 12 Exhibetur catalogus Interpretum, contrariam aientem senten- tiam defendentium.
- 13 Interpretatio tit. 6. §. quin etiam, lib. 1. F.
- 14 Quae sit vis, & potestas vocis, vltimus.
- 15 Qualitas adiuncta verbo, quatenus secundum tempus verbi ex- audiri debeat.
- 16 Explicatio dicti tit. 6. §. vlt. lib. 1. F.
- 17 Remoto subiecto, remouetur etiam necessario eius adiunctum.
- 18 Qui in defectum alterius vocatur ad successionem is, succedente eo, cuius in locum vocatur, in tantū excluditur, vt postea ni- quam amplius admittatur.
- 19 Quicquid sub conditione datur, sub contraria conditione nō da- ri intelligitur: & contra.
- 20 Ablatiuorum absolutorum natura, & proprietates.
- 21 Qui aliquo modo a successione excluditur, is nulla ratione ad- ca admittitur amplius.
- 22 Ius semel extinctum amplius haud reuiuiscit.
- 23 Femina, qua vigore statuti per masculum a successione bonorū semel fuit remota, licet deinde masculus ille fuerit mortuus; tamen ad successionem amplius non admittitur.
- 24 Vnumquodque ad naturam suam facile reuertitur.

ADDITIONES.

Ad communis opinio est in contrarium. Hanc opinionem (quod scilicet femina, semel ob masculi defectum admissa ad feudi successionem, si postea masculus aliquis nascatur, non repellatur a feudo) praeter Clarum nostrum, & ab eo citatos, approbant & tuentur Baldus, Iacobus de Beluio, Petrus Rauennas, & Fridericus Schench. ad tit. 17. lib. 2. F. Ioan. Thom. de Martin. tit. 1. de feud. fem. 37. vercul. nono quaritur, &c. Guerrinus Pifo in praetud. feud. sub tit. pro- pria, & impropria feuda quanam sint, vers. quarta species feudi improprij, &c. Hanneton. lib. 2. de feud. cap. 9. Schrader. in tract. feud. part. 7. c. 4. nu. 82. Hartm. Pistonis lib. 2. quaest. 35. nu. 9. Sonsbec. in Commun. in vltus feu. par. 9. nu. 140. Dn. Boccer. in tract. de iure succed. in feud. c. 3. q. 6. Schnei- dev viii. in epit. feud. par. 6. tit. de success. ab intest. nu. 48. Mozz. in tract. de feud. c. de naturalib. feud. nu. 101. Vult. lib. 1. de feu. c. 9. nu. 49. in fin. Ruin. conf. 151. nu. 4. & conf. 154. nu. 3. vol. 2. Menoch. conf. 568. nu. 15. vol. 2. & Fachineus lib. 7. controuer. iur. cap. 41. Idque per subsequentia praecipue argumenta. Primo enim feudorum placita feminam, extante masculo, a feudo per successionem acquirendo repellunt: non etiam illam a feo- do iam acquisito remouent. tit. 6. §. quin etiam, tit. 8. in princ. §. filia vero, lib. 1. F. tit. 11. §. ad filias, tit. 5. 18. & 50. in princ. lib. 2. F. & consequenter hunc casum decisioni dispositionis iuris communis relinquunt, arg. tit. 1. in princ. vers. si strenuus autem lib. 2. F. & l. praecipimus, 32. §. vlt. C. de appellationib. Iure t̄ vero communi, quod alicuius factum est, id ab eo inuito ad alium non transit, id. quod nostrum, 11. ff. de reg. iur. l. si procurator, ff. de acquir. rer. domin. & ne quidem actio, quae alicui semel quaesita est, eo inuito resoluatur, eique auferri potest, l. habere, 57. in fine, ff. de iudic. cum t̄ ius semel quaesitum perpetuum esse censeatur, argum. l. siue possidetis, 16. C. de probationibus.

QVÆST. LXXX.

ONE, duae sorores nullis ex- stentibus masculis, succes- serunt in feudo, intellige in ca- su, in quo poterant de iure suc- cedere, de quo dixi supr. quaest. 73. per totam quaest. Modo vna ipsarum suscepit filium mascu- lum; Quero, an ille masculus stante inuestitura, quae velu ma- sculos excludere feminas, exclu- dat etiam sororis matris suae, quae semel admissa fuit ad feudi successionem? Respond. Andr. de Isernia in capit. primo, de eo, qui sibi, & heredibus suis tenet, quod illam excludat. Sed communis opinio est in contrarium, scilicet, quod imo

Deinde quia multa fieri impediuntur: quae tamen si facta sint, tolerantur, l. pater furioso, 8. ff. de his, qui sui, vel alien. iur. sunt & t̄ quia effectus iam consummatus, non vitatur, aut cessat, causa eius cessante. l. qui res, 98. §. arcam, 8. ff. de solutionibus, l. tutelae, 7. in princ. ff. de capitis diminut. late Tiraquell. in tract. regulae, cessante causa, cessat effectus, limitatio- ne 12. numer. 1. & seqq. Praeterea certi sunt mo- di, quibus feudum amittitur. Hicce autem sunt mo- dis, nūquam in feudorū libris superueniens ma- sculi natiuitas conuincatur. Non ergo putan- dum est, quod hoc etiam modo femina feudū ante, acquisitionem, rursus amittat. Huic verissima senten- tia non obstat, quod obij- citur a dissentientibus, (nimirum Ifern. Laudē. & Afflic. in d. tit. 17. lib. 2. F. Item Hugone Celso eqq. 26. num. 47. & 56. nōc non Bursato consilio 63. num. 16.) feminam iu casu deficientis masculu- li ad feudi successionem conditionaliter tantum admitti, si scilicet masculus postea non superuenerit, dicto titulo decimo septimo, ibi, non patet locus feminae in feudi successione, do- nec masculus superest, libro secundo, F. Ac proinde nato post masculo, repellit feminam antea admissam. Id namq; planis- sime falsum est. Siquidem in sciis feudalibus traditum qui- dem reperitur, quod pacto inuestiturae feminae ius succeden- di in feudum deferatur sub hac conditione, si masculi defi- ciant defuncto vasallo, de cuius successione agitur. At nū- quam scriptū extat, quod femina, deficiente masculo, ad feudi successionem sub aliqua istiusmodi conditione admittatur. Nō igitur vt illud receptum; ita & hoc sine lege feudali recipi debet, vt in simili loquitur Africanus I. C. in l. eius, qui 41. ff. de reb. credit. Ceterum quod attinet ad dictum tit. 17. lib. 2. quem aduersarij pro sua opinione stabilenda allegant: lo- quitur de succedendo in feudum, id est, de futura successio- ne, non de successione iam facta: quemadmodum ipamet ver- ba petri cie ostendunt. Reliqua argumenta, quae contra



riari videtur, abunde refutauius ad principium tit. Institut. de hereditatib. quæ ab intestat. defer. nu. 190. & seqq.

7 Verum si enim verò si vasallus, fatis functus prægnantē vxorem reliquerit, & ea postea filium pepererit? huic filio femina quantumuis in feudum successerit, cedere cogitur. Huiusque ratio expedita est: tum

8 quia is, qui in vtero est 2 Sed quæro, quid e conuer- pro iam nato habetur in b so, nunquid b femina semel his, quæ ad eius commo dum pertinent. I. qui in vtero, 7. & 26. ff. de stat. hom. l. si quis, 23. ff. de captiu. & postlim. reuerf. cum vir. 25. ff. de condit. & demonstr. Tum si quia ceptum etiam pro perfecto, & completo habetur, l. cum aurum, 19. §. infecti, l. i. ff. de aur. & arg. legat. cetera, 41. §. sed si patuit, 14. ibique Bartol. ff. de legat. 1. Atque ita docent Martheus de Afflict. ad d. tit. 17. lib. 2. F. Hartm. Pistor. d. lib. 2. q. 35. num. 11. Vult. d. lib. 1. de feud. c. 9. nu. 49. pag. 436. hosque referens D. Bocer. d. tract. de iure succedendi in feud. c. 3. quæst. 8. Harprec.

10 Nunquid femina semel exclusa, &c. Et si multi, ijque clarissimi Iuriconsulti ( præter Clarum nostrum hic in veris, quæ tamen mihi semper) existimant, feminam per masculum a feudo semel exclusam, non perpetuò intelligi a feudi successione remotam, Iacobus f. de Beluilo, Martin. Laudens. & Cuiac. in tit. 6. §. quin etiam, lib. 1. F. Iacobus de Ardizone in summa feud. part. 3. tit. de feudi success. vers. inde videtur, & c. Sonsbecc. in commentar. in vsus feud. part. 9. nu. 130. & seqq. Guerrin. Pifo in prælud. feud. c. 40. vers. quarta species, nu. 27. Ioan. Fichard. in addit. ad Ioannem Baptistam a Villalobos lib. commun. opin. lit. F. nu. 60. Hartman. Pistor. lib. 2. quæst. 36. nu. 5. cū seqq. Vult. lib. 1. de feud. c. 9. nu. 52. & seq. Mynsinger. cent. 5. obseru. 74. n. 8. Forster. lib. 3. de successione. c. 14. in fin. Heigius part. 1. quæst. 26. Loriot. in tit. de his, qui feud. dar. poss. §. & quia, vers. sed dubium. Math. Stephani cent. 3. quæst. 6. ad litter. B. Hænon. disput. 12. sub controuerf. 5. ad fin. Niellius disput. feud. 5. thes. 4. lit. C. in fin. Rudinger. lib. 1. variar. lection. iur. feud. num. 10. cum sequentib. Anton. Peregr. de fideicommiss. artic. 29. num. 18. & art. 27. nu. 24. & Rosenthal. in tractatu iuris feud. cap. 27. conclus. 54. num. 3. & si qui sint alij, ab his allegati. Contrariam tamen, tanquam veniorem f. & receptiorem, sententiam amplectuntur Andreas de Ifern. Bald. Aluarott. Præposit. Afflict. Schench. Baro, & Paulus Picus num. 12. in dict. tit. 6. §. quin etiam lib. 1. F. Ioann. Blanc. in summa feud. de successione. feud. vers. vel dic, quod masculis, & c. Odofred. in summa. sub tit. qui poss. in feud. succed. Grass. lib. 1. receptar. sentent. §. successio ab intestato, quæst. 4. num. 2. Hanneon. lib. 2. de iur. feud. capit. 9. sub fin. Tiraquell. in repetitione, l. si unquam, 8. ad verb. suscepit liberos, num. 193. & seqq. C. de reuocand. donat. Gailius lib. 2. obseruat. 148. Franciscus Curt. Iun. in tractat. feud. 3. part. princip. in princ. num. 32. vers. vigesimo septimo. Duar. de feud. cap. 10. nu. 12. Ioan. Thom. de Marin. in tractat. feud. tit. 1. de feud. femis. num. 38. & seq. Raphael Cuman. conf. 99. col. 1. Angel. de Perusio consilio 321. col. 3. Francif. de Aret. conf. 50. & consil. 158. col. fin. vers. circa secundum. Stephanus Vvernanus consil. 276. Hugo Celsus prædicto consilio 26. nu. 48. Ioan. de Imola consil. 27. post medium. Ioā. Rubens conf. 57. num. 2. Burfat. consil. 80. num. 9. Claud. Cantinus consil. 35. numer. 42. Cephal. consil. 20. Tiber. Decian. conf. 98. nu. 21. vol. 1. Iacob. de Riminald. consil. 678. nu. 17. volum. 4. Ludou. Zunthus Patmens. in consilijs suis pro vxore, conf. 2. num. 948. Anton. Henrichman. conf. 37. tom. 3. Grammat. decis. 63. Marant. disput. 10. nu. 15. Adrian. Gylman. tom. 2. Symphorematis supplicationis, part. 1. vot. 21. n. 16. & seq. Borchol. in Comment. in consuetud. feud. c. 7. part. 2. num. 36. Schrad. in tract. feud. par. 7. c. 4. nu. 83. Mozz. de natur. feud. n. 99. Menoch. conf. 1. n. 45. §. vol. 1. & consil. 400. nu. 15. vol. 4. Fachin. lib. 7. controuerf. iur. c. 45. D. Collega Bocer. in tract. de inuestitur. feudi, c. 5. n. 26. cū multis seqq. & in tract. de iur. succed. in feud. c. 3. q. 4. Andr. Kinchen. par. 1. de inuestiturarum pactioib. cap. 3. nu. 23. cum seqq. & Gothofred. Anton. disput. feud. 5. thes. 6. ad lit. A.

Rationes, & fundamenta huius sententiæ varia afferri solent. Primum f. sumitur ex textu in titulo 6. Episcopum, vel Abbatem, & c. §. quin etiam, libro 1. F. vbi I. C. Feudista, Quinetiam, ait, si quis eo tenore feudum acceperit, vt eius descendentes masculi, & feminae illud habere possint: relicto masculo,

14 lo, vterius femina non admittuntur. Quo f. in textu per ditionem vterius aperte ostenditur, quod relicto, & succedente masculino, femina nunquam amplius admittatur. Est etenim ista dicitio vterius aduerbium temporis perpetuo exclusiuum, vt arguit capir. cum accessissent, 8. versiculo fuit insuper, ibi, ne primiceriatu, dignitas esset vterius in Ecclesia, vbi Baldus extr. de constitutionibus, & l. 3. in fin. C. de præscription. triginta, vel quadraginta annorum, atque adeò eandem continet potestatem, quam vox amplius, aut deinceps: & denotat priuationem, seu summotionem perpetuam, non suspensiuam, aut moratoriam: sicuti dicitur de stipulatione amplius, vel deinceps non agi, vel peti, l. eadem dicimus, §. Caiō, ff. de verb. oblig. l. amplius non peti, 15. & l. procurator, 23. ff. rem ratam haberi. Nec mouet quicquam, quod cum verbum illud admittuntur, in textu positum sit præsentis, non futuri temporis: secundum huius verbi tempus accipiendum quoque sit aduerbium, vterius, proindeque de præsentis, nõ vero de futura successione in feudum, textus ille intelligendus sit: eo f. quod qualitas adiuncta verbo, secundum tempus verbi exaudiri debeat, l. in delictis, 4. §. si extraneus, ff. de noxalibus, act. l. Titius, 25. ff. de testamento militar. Alexand. consilio 83. num. 11. vol. 3. conf. 5. nu. 3. conf. 101. num. 14. volum. 5. consil. 29. num. 6. conf. 139. nu. 3. conf. 143. in princ. conf. 198. num. 12. conf. 207. nu. 10. & conf. 227. nu. 8. vol. 6. Nam quoties qualitas verbo adiuncta non patitur, vt secundum tempus verbi illius intelligatur: toties fallit ista regula, quæ habet quod qualitas verbo adiecta, secundum tempus verbi illius sit intelligenda, argum. l. in substitutione, 3. ff. de vulg. & pupill. substitut. c. vltim. §. item opponitur, 22. quæst. 2. c. Raynutius, 16. extr. de testam. Petrus Duen. in fallentis regular. iur. sub lit. Q. regul. 556. vers. 2. fallit, & vers. quinto, & c. Menocch. consil. 225. nu. 16. & conf. 227. nu. 25. & 60. Quare aduerbium vterius non sit futuri temporis, propria eius natura inspecta, iuxta eius gentinam proprietatem, verbum quoque illud admittuntur, censendum erit.

16 Secundum f. fundamentum supeditat clausula generalis dicitur tit. 6. §. vlt. libro primo. F. Vbi Feudista inquit: Et his omnibus casibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur. Ex quibus verbis indubitate constat, quod in isto titulo sexto (vt & in proximè præcedenti) de casibus agatur, quibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur. Vnus proponitur in princip. & §. 1. eiusdem tituli: duo autem in d. §. quin etiam, & §. vlt. Primus casus est, quo feudum non iure datur, sed ad dominum: ut quia Prælati Ecclesiæ feudum res Ecclesiæ dedit, quæ antiquitus dari in feudum non consueuerunt. Alter est, quod sine liberis decedit vasallus, per quem femina prius exclusa fuit. Tertius est, quo vasallus, quod natura mutus est, feudum retinere non potest. Cum igitur his casibus omnibus feudum amittatur, & ad dominum reuertatur: plusquam manifestum inde fiet, quod femina per masculum prius exclusa, eo mortuo, ad feudi successione in locum masculi nunquam amplius admittatur.

17 Qui f. enim feudum amittit, ius succedendi in illud saluum amplius habere nequit: cum remotus subiecto, feudo scilicet, & in re succedendi in illud, remoueat etiam necessario eius adiunctum, in eadem nimirum successio.

Ad hæc si feudum, a quo per masculum femina fuit repulsa, eo masculino sine liberis defuncto, ad dominum reuertitur: haud quaquam uerè dici poterit, quod femina ista exclusa ad illud regressum iure habeat.

18 Tertium argumentum tale est: Quicumque in defectum alterius ad successionem vocatur, is, succedente eo, cuius in locum vocatur, in tantum excluditur; ut postea non admittatur amplius: licet ille, per quem remotus fuit, post eam decesserit, aut iure, in quod successit, abstinuerit, l. 3. & l. quamdiu, 69. ff. de acquir. uel omitt. heredit. l. ait prætor, 7. §. sed quod, 10. ff. de minoribus, l. uerbis ciuilibus, 7. l. in pupillar. 14. & l. ex factis, 41. in princip. ff. de vulg. & pupillar. substitut. §. masculino igitur, 8. Instit. de pupillar. substitut. & l. post aditam, 5. C. de impuber. & alijs substitutionib. Atqui uerò femina quando inuestituræ pacto ad feudi successione vocatur, in defectum saltem masculorum uocari intelligitur, tit. 17. in princip. ibi, uel bis deficientibus, tit. 18. ibi, & masculis deficientibus, & tit.

& tit. 30. ibi, deficientibus filijs masculis, lib. 2. F. Ergo masculino succedente, femina, quæ pari gradu cum eodem masculino extat, sed per ipsum feudo excluditur, nunquam postea ad idem feudum, mortuo quantumuis eo masculino, admittitur.

19 Quartum argumentum huiusmodi est: Quicquid f. sub conditione datur, sub contraria conditione non dari censetur: & contra, quicquid sub conditione admittitur, sub contraria conditione dari intelligitur, l. quibus diebus, 40. §. quidam Titio, & l. aliquando, 107. ff. de condit. & demonstrat. Crauet. conf. 344. num. 4. Sed ius succedendi in feudum pacto inuestituræ datur feminae (sub hac conditione, si masculi deficient), ut masculi deficient. Verba namque deficientibus, masculis, in d. tit. 17. d. tit. 18. & d. tit. 30. lib. 2. F. conditionem important: cum f. sint duo ablatiui ab soluti quorum ea natura est, vt conditionem inducant, vel in conditionem resoluant, l. ab emptione, 58. ff. de pact. leg. creditor, 13. in princip. ff. qui potior. in pign. hab. l. euictis, 18. in princ. & l. lite contestata, 35. ff. de vsur. l. fructus, 7. §. diuortio factis, ff. solut. matrim. l. acceptis, 93. ff. ad leg. Falcid. l. facta, 63. §. referipto, ff. ad SC. Trebellian. Rolandin. à Valle conf. 65. nu. 23. vol. 3. Quocirca sub contraria conditione, si scilicet masculi non deficient, sed extant, & in feudum succedant, non censetur femina datum ius succedendi in feudum. Cui autem ius succedendi non competit: ei, nec successio competere dicitur; cum successio ipsius iuris succedendi effectus perhibeat.

21 Quantum argumentum ita habet: Quicumque aliquo modo a successione excluditur, is nulla ratione ad eam amplius admittitur, argum. l. si ponas, 23. §. 1. ff. de inoffic. testam. l. 2. in princ. & §. 1. & 2. ff. de exceptioib. Atqui femina, a feudi successione per masculum remota, excludi dicitur, per textum in tit. 104. casus, quibus femina in feudo succedit, §. item si quis eo tenore, ibi feminae excludantur. in extraord. cap. in vlt. feudor. Igitur femina a feudi successione semel per masculum remota nulla ratione ad eam amplius admittitur.

22 Sextum argumentum hoc est: Ius f. semel confopitum, siue extinctum amplius haud reuiuiscit, l. 3. §. si capitis, 9. vers. cū ast omiserit, ff. de bonis libertor. l. in tantum, 6. §. sacra autem; vers. semel, ff. de diuif. rer. l. sed si meis, 26. §. arbor. ff. de ac-

quir. rer. dom. l. inter stipulantem, 83 §. factam, ff. de verbor. obligat. l. qui res, 98. §. aream, 8. ff. de solutionib. Sed ius succedendi in feudum, feminae ex pacto inuestituræ competens, excluditur extante & succedente masculino, per d. tit. 194. §. item si quis, in extraord. cap. & alia iura supra adducta. Illud ergo ius mortuo postmodum eodem masculino, haud reuiuiscit.

Septima ratio, à simili petita; est illa: Femina, quæ f. vigori. statuti per masculum a successione bonorum semel fuit remota, licet masculus ille deinde fuerit defunctus, ad successionem tamen amplius non admittitur; vt docent Bartol. in l. vlt. ff. ad. SC. Tertullian. Bal. in l. si quis posthumus, 9. §. si filium, ff. de liber. & posthum. & in leg. posthumus, 6. in princip. ff. de inoffic. testam. Francisc. Aretin. conf. 144. Alexand. conf. 43. volu. 3. Soc. conf. 92. vol. 1. & conf. 50. vol. 3. Paris. conf. 21. num. 16. Gail. lib. 2. obser. 148. nu. 4. Anton. Peregrinus in tract. de fideicommiss. art. 27. nu. 17. Quapropter feminas etiã a feudi successione per masculum remota, eo masculino defuncto, amplius non admittitur: quippe cum ius feudorū regulariter feminas a feudis penitus repellat, tit. 1. §. hoc autem, 3. & tit. 8. §. filia vero, l. 1. & tit. 50. lib. 2. F. & latius expositum supra ad quæst. 73. numero primo, & sequentibus.

Octaua denique ratio patefcit ex tria illa iuris regula, quæ dicitur: quod f. vnumquodque ad naturam suã facile reuertatur, d. l. in tantum, 6. in princ. ff. de diuif. rer. l. si vnus, 27. §. pactus, ne peteret, vers. quoties enim, vbi Ias. ff. de pact. l. hac cōsultissima, 21. §. si quis autem, C. de test. can. ab exordio, 2. & ibi gl. super verb. reuoluit, dist. 53. Cū ergo feudi natura sit, vt ad eius successione feminae nõ admittatur: certe ad hanc naturã reuertitur feudum, si femina per masculum semel a feudi successione repulsa in perpetuò exclusa maneat. Quæ cõtra hactenus confirmatã sententiã opponi solent argumenta, ea post D. Bocerum in locis supra citatis, nos copiosissime cõsultauimus ad princip. tit. Institut. de hered. que ab intest. defer. nu. 159. & seqq. Harprec. c. Exclusa. Et de ista quæst. adde, atque vide in collecta mea commun. opin. verb. feudum, num. 173. & plenius in verbo, Femina, nu. 18. cum multis sequentibus. Giach. d. Quod sic. Adde Burf. conf. 63. num. 17. lib. 1. qui hanc dicit commnem, etiã si masculus in continet decedat. Gouern.

QVÆSTIO LXXXI.

SVMMA RIA.

Ex Claro.

- 1 In feudis dignitatum an requiratur noua concessio. Ex Additionibus.
- 1 In feudis dignitatum an, & quatenus locum habeat successio remissa.
- 2 Primogenitus in successione feudi regalis ceteris suis fratribus præfertur.
- 3 Vtrum nepos ex filio primogenito, patris suo secundogenito in iure primogenitus a præferri debeat. Iul. Clari Sentent. Pract. Ciuil. & tit.

- 4 Nepos in patris sui mortui locū, & cõs. & feudorū iure succedat.
- 5 Pater, & filius eadem fere persona reputantur. (dit.)
- 6 Vox patris tanquam vox filij est.
- 7 Pater, & filius vna caro habentur.
- 8 Pater, cui commissa est legatio filium substituere potest.
- 9 Filio primogenito ius suum primogenitæ fratri vendere, & cedere licet.
- 10 Hæredes in omne ius definiti succedunt.
- 11 Quod cessibile est, ad hæredes quoque est transmissibile.
- 12 Feudum semel stirpi alicui quæsitum, quatenus in ea perseneret.
- 13 Ius ordinis, & loco alicui tributum, cui debeat.
- 14 Iura magis succurrunt de danno vitando certanti, quam lucrum captanti.